

prudentia, ius ad actiones in civili societate obvenientes justā interpretatione applicandi. Sive divinarum atq; humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia. §. 1. I. h. 10. §. 2. B.

**F** Finis Jurisprud. proximus est interpretativa juris ad casus emergentes applicatio. 2. §. 5. 6. 13. de O. I. 10. & seqq. de LL. ( authentica & usualis de qua in L. 9. f. §. 1. C. de LL. 34. 37. ff. eod. Fr. ad tit. de LL. num. 8. & seqq. huc non pertinent.) Remotus est l. Ultimus scilicet salūs Rei- b. publ. vel Intermedius, scil. justitiæ administratio 1. §. 1. h.

**D** JUSTITIA in genere est habitus, ex quo homines ad res justas agendas idonei efficiuntur, ex quo etiam justè agunt, voluntque justa. Aristot. lib. 5. Eth. cap. 5.

**D** IVSTITIA VNIVERSALIS est virtus, perfecta & præstan- C tissima, qua hominum actiones secundum omnia LL. præscripta diriguntur ad publ. civitatis utilitatem, ita ut virtutes omnes sub se comprehendat. Leges enim justa omnia, quæ à civibus profici sci possunt, præcipiunt: Arist. d.l. 5. c. 2. 3. Atque hæc NB. Universalis, & non tantum particularis justitia est finis Jurisprud. quæ definitur in pr. I. h.

**D** IVSTITIA PARTICULARIS est virtus, quæ de bonis ex- c. ternis suum cuiq; tribuit. Hujus duæ sunt species. IVSTITIA D

**D** DISTRIBUTIVÆ est virtus, quæ de rebus communibus ipsius civitatis membris quæ talibus, suum tribuit secundum proportionem geometricam. Arist. 5. Eth. 7. IVSTITIA d.

**D** COMMUTATIVA est, quæ de rebus singulorum suum cuique tribuit secundum proportionem arithmeticam: Huc pertinent omnes commutations &c. unde verbō: συναλλαγμα spontanea & invita etiam delicta, nam in horum & pœnarum quantitate investiganda, respiciuntur personæ. Arist. 5. Eth. 5. L. 14. 16. de poen. L. 2. C. ut intr. cert. temp. crim. quæst. term. at ubi constat de delicti & pœnæ magnitudine, judex secundum hanc proportionem pœnam imponit. Arist. 5. Eth. 7. vers. Ius v. vid. 31. ad. L. Corn. de fals. 41. de pœn. & c. 5. de pœn. in 6. Fr. h.

**C** Fluit JURISPRUDENTIA ex accurata juris cogni- a. satione & practica ejusdem exercitatione. Subjectum, cui inhæret, est homo, & quidem secundum intellectum. Versatur circa

**D** jus quæ interpretando applicandum. Est autem JUS ( vid. L. 1. L. p. h.) regula actionum moralium, obligans ad id, quod rectum est, Grot. de Iur. B. P. lib. 1. c. 1. num. 9. hujus generalissimæ præcepta sunt honestè vivere, alterum non laedere,

**D** suum cuique tribuere. §. 3. I. h. Estque vel DIVINUM, E quod esse iuum habet à divina maiestate cap. 1. dist. 1. Ames. de conscient. lib. 5. cap. 1. num. 2. Molin. h. tom. 1. tr. 1. g. 3.

**D** Et est l. CONNATVM seu NATURALIS: quod est ius F divinum quoad proximam potentiam homini connatum præcipiens ea, quæ natura sunt honesta, & prohibens contraria. Ejus præcepta sunt vel principia, quorum veritas statim patet: vel principiata, quæ per necessariam consequentiam inde deducuntur: Hæc iterum propinqua vel remota.

**D** 1. REVELATVM, quod DEIIS per specialem revelatio- f. nem in verbo suo publicavit, estque vel MORALE. vid. G Deut. 6. vers. 5. Reink. lib. 2. d. 2. num. 1. Zepper. tr. de LL. Mos.